

Cartularium Saxonum.

428. *Grant by Bertuulf, King of the Mercians, to Heaberht, Bishop of Worcester, of land at Crohlea, or Crowle, co. Worc. Before A.D. 840.*

DE CROHLEA.

P
 * In nomine sanctæ trinitatis atque veræ unitatis Dei vivi omnipotentis qui cunctam mundi monarchiam celsaque cœli climata ac terram salsamque limbam latentis ponti cum suo nutu æterna stabilitate gyrando omnia gubernat . Certe fugitivus et caducus est status istius mundi . et omnia quæ videntur hic . vento velocius ad finem trahuntur . et quæ non videntur fixa ac mansura in æternum permanent . Ideo istis temporalibus ac transitoriis hujus sæculi divitiis æterna præmia ac semper gaudia manentia studeamus in cœlestibus comparare . vocante nos ad se domino nostro Jhesu Christo qui ait . “ Venite¹ ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos”.

Qua de re ego BERTWLF gratia divina largiente rex Merciorum de remedio animæ meæ præcogitans . diemque tremendum districti examinis ante oculos cordis mei componens . cogitavi quod aliquid de istius mundani regni perceptione per memet ipsum in perpetuam elemosinam ac libertatem æcclesiasticam Deo vivo in æternum erogarem . Ideo cum consensu et licentia episcoporum et principum meorum et omnium seniorum gentis nostræ do 'H'EABERHTO meo venerabili episcopo hujus libertatis privilegium et ejus familiæ in UUEGERNA civitate cum aliqua terræ portiuncula quæ appellatur CROHLEA . scilicet . v . manentium ut libera permaneant in sempiternum . Soluta et libera sit ab omni jugo humanæ servitutis . ab omnibus secularibus tributis et vectigalibus cum cunctis utilitatibus ad illam æcclesiam recte pertinentibus . campis . et silvis . pascuis . vel pratis . ab opere regali . ab omni servitute magna et modica . quamdiu fides Christianæ religionis apud Anglos in Britannia insula permaneant .

¹ Matt. xi, 28.

2 BERTUULF TO BISHOP HEABERHT. [A.D. 840.

Si quis vero regum aut principum vel præfectorum aut alicujus gradus homo hanc nostram conscriptam libertatem per diabolicam instigationem deceptus . frangere vel minuere temptaverit¹ : sciat se separatam a consortio sanctorum omnium in die magni judicii . et in æterna dampnatione dampnandum cum diabolo et angelis ejus . nisi ante hic Theo¹ pantocratori² et hominibus cum bona satisfactione emendaverit . Hī testes affuerunt . quorum nomina hic infra flavescunt .

Ego Berhtwlf rex Merciorum hanc meam largifluam libertatem cum vexillo sanctæ crucis christi roboravi . ut fixa permaneat in æternum .
Ego Sæðryþ regina consentio .
Ego . Hunberht . episcopus .
Ego . Heaberht . episcopus .
Ego . Ceolred . episcopus .
Ego . Wihtred . episcopus .
Ego . Eanmund . abbas .
Ego . Berhtic filius regis .
Ego . Mucel . dux .
Ego . Hunberht . dux .
Ego . Sired . dux .
Ego . Dudda . dux .

Dis is þ land gemæra into crohlea . ærest of crohþællan into mægidna brycge . of mægidna brycge eall abutotan³ snoddas lea in hymel broc . æfter hymel broce in hunig burnan . æfter hunig burnan in godingas gemæra æt bradigcotan . of godingas gemæra . into þam sice . be croh lea puda . and æfter þam sice into oddinga lea puda ond lang þæs aldan gearð stealles into hudigtuna gemæra . 7 spa æfter þam hege stealle eft into crohþællan .

[A.] MS. Cotton, Tiberius A. xiii, f. 156. [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. ccxlii; from
[H.] Heming, *Chartul.*, vol. ii, p. 345. [A.]. Boundaries in vol. iii, p. 391.

¹ Glossed, id est Deo, overline, MS. ² e added over the second a by a later hand, MS.; -creatori, H. ³ Abutan, K.

A.D. 840.] BISHOP CUTHUULF TO DUKE ÆLFSTAN. 3

429. *Grant for three lives by Cuðuulf, Bishop of Hereford, with consent of Berhtpulf, King of the Mercians, to Ælfstan the Duke, of land at Bishop's Frome on the R. Frome, co. Hereford, with reversion to the monastery of Bromyard. About A.D. 840.*

✠ In nomine arci poli conditoris . Ego CUDUULF divina dispensatione Christi ecclesiae antestis necnon et illa congregatio sanctae ecclesiae Herefordensis cum consensu et licentia BERHTPULFI Merciorum regis , damus ÆLFSTANO duce terram . IIII . manentium in villa qui juxta flumine qui dicitur FROM situm est , ut habeat beneque perfruat in diem trium hominum . Et postea sine ullo obstaculo intus tota reddatur ista terra ad monasterio qui dicitur BROMGEARD . Et qui agrum habeat semel semper in anno ad Bromgearde de agro isto reddat . xv . modios de pura celia hoc est buttam plenam vasque 'plenum' mellis vel ejus pretium in liquore s cocto alter dulcatum . unumque armentum cum . c . panibus unumque ovem cum uno suillo [mo]nasterii qui pertinent ad Bromgearde foras nullo modo concedamus id est jugerorum . xxv hanc terram supradictam liberaliter liberabo Aelfstano duce omnibusque eam habentibus [pro¹ ejus competente] pecunio id est in uno anulo . xv . mancusarum nisi pontum faciat et arcem et expeditione solacium [alicui] aliq[ui]d² ad poenam foras nihil persolvat , Testes namque hujus donationis sunt [hii] atque libertatis quorum infra nomina notantur , , [His terminis praefata terra] continetur , ,
.
.

. hanc meam donationem atque libertatem simul cum signo crucis Christi confirmavi ,
. [cons]ensi ꝛ subscripsi ,
✠ Ego Cuðpulf episcopus consensi ꝛ subscripsi ,
✠ Ælfstan dux consensi ꝛ subscripsi ,
✠ Mucel dux consensi ꝛ subscripsi³ ,
✠ noð consensi ꝛ subscripsi ,
✠ Aldred consensi ꝛ subscripsi ,

¹ For the parts supplied in brackets, cf. vol. i, pp. 287, 288. ² Ad, C.
³ Consensi ꝛ subscripsi, omitted, C.

‡ BERHTWULF TO BISHOP HEABERHT. [A.D. 840.

✠ Eadgar consensi 7 subscripsi ,
✠ Pīglaf consensi 7 subscripsi ,

[A.] Original charter in possession of Mr. Kent of Fakenham.	[B.] Facsimile and [C.] transcript of A., by C. S. Greaves, Esq., Q.C.; and Rev. J. L. Warner, M.A., in <i>Archæol. Journal</i> , vol. xxx, p. 174.
---	--

430. WITENAGEMOT AT TOMEWORÐIG. *Restoration by Berhtwulf, King of the Mercians, of lands at Stoltun, Uuassanburna, etc., or Stoulton, Washborne, etc., co. Worcester, to Bishop Heaberht, and the church of Worcester. Easter Day, 28th March, A.D. 840.*

UASSANBURNA.

✠ Alto et agio et omnipotentissimo Deo nostro ac sanctæ et gloriosæ trinitati virtus honor 7 potestas sit in perpetuum Amen .
Anno autem ab incarnatione ejusdem Dei et domini nostri Jhesu Christi . DCCC°. XL°. indictione . III .

Contigit autem quod BERHTPULF rex Merciorum tollerat a nobis et tradidit terram nostram quod recte ac jure sub proprio potestate ac libera possessione cum firma donatione tradita est et concessa et firmata ad sedem episcopalem id est ad UUEOGERNENSEM æcclesiam rex præfatus suobus propriis hominibus condonavit sicut se inimici homines docuerunt . hoc est STOLTUN UUASSANBURNA Cyneburgingetun Tateringetun Codespelle .

Tunc perrexit ille episcopus HEABERHT cum suis secum senioribus in pascha ad Tomeporðie . et suas libertates et cartulas ante nominatorum terrarum secum habentes et ibi ante regem ejusque procures fuerunt allecta et ibi Merciorum optimates dejudicaverunt illi ut male ac injuste dispoliati essent . in suo proprio .

Tunc illis terra sua reddita est cum pace . et simul etiam ille episcopus hanc donativum regem predonavit . Iterum in Pelesburnan hoc est . IIII . caballos bene electos et unum anulum in . xxx . mancusis et discum fabrefactum in tribus pundis et duas albas cornas . in . IIII . libris . et ille regina dedit duos equos bonos et duas steapas in tþæm pundum et unam cuppam deauratam in duobus pundis .

Et tunc rex cum testimonio has terras firmiter liberavit sibi in ævum . coram suis archontis . uniuscujusque necessitatis et sustu- lionis . et illud etiam cum signaculo sanctæ crucis Christi suo manu firmiter roborando scripsit et munivit .

A.D. 840.] ATHELWOLPH TO DUDA. 5

Si quis vero rex aut princeps vel alicujus gradus homo hanc nostram elemosinam et libertatem per diabolicam avaritiam deceptus sit . ut frangere vel minuere temptaverit sciat se separatum a consortio omnium sanctorum Dei in die magni judicii¹ ante tribunal Christi nisi hic Deo et hominibus cum bona satisfactione emendaverit .

Et hii testes adfuerant qui hoc consenserunt et scripserunt quorum hic nomina in altera plaga cartulæ flavescent .

- ✠ Ego Berhtpulf rex Merciorum hanc meam libertatem et donationem cum vexillo sanctæ crucis munio ut fixa permaneat in evum .

✠ Ego Sæðryð regina consensi .

✠ Ego Cyneferð episcopus consensi .

✠ Ego Heaberht episcopus consensi .

✠ Ego Berehtred episcopus consensi .

✠ Ego Cuðpulf episcopus consensi .

✠ Ego Eammund abbud .

✠ Ego Hunberht dux .

✠ Ego Mucel dux .

✠ Ego Cyneberht dux .

✠ Ego Æðelpulf dux .

✠ Ego Eadpulf .

✠ Ego Picga .

✠ Ego Eaduulf .
- ✠ Ego Æðelheard dux .

✠ Ego Dudda dux .

✠ Ego Sigered dux .

✠ Ego Mucel dux .

✠ Ego Ælfred .

✠ Hpithyse .

✠ Ego Aldberht .

[A.] MS. Cotton, Tiberius A. xiii, f. 12.

[H.] Heming, *Chartul.*, vol. i, p. 26.

[N.] MS. Cotton, Nero E. 1, f. 183 (only the names of eight² witnesses).

[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. ccxlv; from [A.]

Cf. No. 236.

Thorpe, *Dipl.*, p. 80.

431. *Grant by Athelwolph, King of the W. Saxons, to Duda, the thegn, of land in Ashdown, co. Berks.* A.D. 840.

AYSHEBURI³. Carta Athelwolf facta Dundan ministro suo de Aysshedoune³.

✠ Regante imperpetuo domino nostro Jhesu Cristo . Omnia speciosa regna hujus labentis vitæ regnorumque dispensatores

¹ Magno judicii, K.

² The text lost; on the top of the first column the following names:—✠ Ego Æbelhun dux. ✠ Ego Eadulf. ✠ Ego Picga minister. ✠ Ego Eadulf minister. ✠ Ego Mucel dux. ✠ Ego Ælfred minister. ✠ Ego Hpithyse minister. ✠ Ego Aldberht minister.

³ Ashbury and Ashdown Park, co. Berks, on border of Wilts, N.W. of Lambourn. A few miles to S.W., in Wilts, is *Dudmore Lodge*.

6 BERHTWULF TO BISHOP HEABERHT. [A.D. 841.

cum velocitate deficiunt et cuncta quæ videntur cassabunda et morituri¹ sunt quæ hic non videntur æterna sunt ideo caducis et vanis rebus jugiter mansura gaudia mercanda sunt Qua de re ego ATHELWOLPHUS domino largiente Occidentalium Saxonum rex pro unicæ animæ meæ redemptione et criminum² meorum remissione aliquam agri partem id est . decem . cassatos in loco qui dicitur AISSHEDOUNE³ cum consilio et licentia episcoporum ac principum meorum . DUDAN . ministro meo in jus proprium habendi et fruendi vita comite⁴ et post obitum illius qualicumque hæredi prout illi placeat relinquendi devota mente largitus sum hancque libertatem in prædicto asello⁵ nos omnes unanimiter conscripsimus atque donavimus ut ab omnium⁶ fiscalium tributum grav[e]dine⁷ nec non pastu episcoporum simulque principum et exactorum et pœnarium rerum et furis comprehensione et ab omnium sæcularium servitutum molestia secure et immunis⁸ æternaliter permaneat .

Scripta est hæc cartula anno ab incarnatione Christi . D . CCC . XL . in [in]dicione tertia in villa regali quæ appellatur Hamptone⁹ hiis et consencientibus et subscribentibus quorum nomina infra prænotata cernentibus clare patescunt .

- ✠ Ego Athelwolf rex prædictæ possessionis¹⁰ statuta signo crucis Christi . sic subscribo .
- ✠ Ego Athelstan¹¹ episcopus consensi signo crucis Christi sic subscribo cum multis aliis .

[A.] MS. Bodley, Wood, i, f. 245. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CCXLVI; from [A.]

432. *Grant by Berhtwulf, King of the Mercians, to Heaberht, Bishop of Worcester, of land at Hwiccwudu. Christmas Day, A.D. 841.*

DE HVVICCEPUDE.¹²

P
* In nomine domini . Ego BERHTPULF gratia divina gubernante Merciorum rex terram videlicet . x . manentium¹³ ubi ruricoli¹⁴ nominantur HUICCEPUDU viro venerabili episcopo 'HEABERHTO' pro redemptione animæ meæ et pro ejus placabili pecunia¹⁵ . id est

¹ Moritura, K. ² Animum, MS. ³ Ascesdune, K. ⁴ Converte, MS.
⁵ Agello, K. ⁶ Omni, K. ⁷ Graudine, MS. ⁸ Innumerus, MS.
⁹ Hamtun, K. ¹⁰ Prædicta possessionem, MS. ¹¹ Alhstan, K.
¹² Hpiccepudu, B. ¹³ In loco, added, B. K. ¹⁴ -culi, B. ¹⁵ Pecu., B. K.

A.D. 841.] BERHTUULF TO BISHOP HEABERHT. 7

. xxxi. mancolas¹ in uno anulo hujus libertatis donationem libenti animo illi concedo . hoc est ut sit libera in omnibus rebus notis et ignotis regis et principis . magnis et modicis vel juniorum eorum libera et segura in sempiternum permaneat .
Si quis autem hanc donationem nostram firmare vel augere voluerit . confirmantur dies ejus hic et in futuro . violantes et frangentes sub iram Dei æterni judicis sine ulla venia æternaliter incumbunt . , ista libertas scripta est in loco qui dicitur CROP-PANþORN et iterum in natali domini æt Tomanporðie . istis testibus confirmata . anno domini . DCCC . xli . regis præfati . iii^o . anno . indictione vero . iii .

Ego² Berhtpulf rex Merciorum hujus libertatis donationem propria manu confirmo .
Ego³ Sæðryð regina consensi et conscripsi⁴ .
Ego Cyneferð episcopus consensi et subscripsi⁵ .
⁶Ego Heaberht episcopus consensi et subscripsi⁵ .
Ego Cuðulf episcopus consensi et subscripsi⁵ .
Ego Þihtred abbas . consensi et subscripsi⁵ .
Ego Eanmund abbas .
Ego Ceorred abbas .
Ego Mucel dux⁷ .
Ego Sigered dux ;

[A.] MS. Cotton, Tiberius A. xiii, f. 175.	[K.] [Kemble, <i>Cod. Dipl.</i> , No. ccxlvii; from
[B.] MS. Cotton, Tiberius A. xiii, f. 32b.	[A.] and [B.]
	Heming, <i>Chartul.</i> , vol. ii, p. 387.

433. *Grant by Berhtuulf, King of the Mercians, to Heaberht, Bishop, and the monks of Worcester, of land at Myttun, or Mitton, co. Worcester. Christmas Day, A.D. 841.*

DE MYTTUNE.

¶ Anno incarnationis domini nostri Jhesu Christi . DCCC^o . xli^o . indictione . iii^a . in die natalis domini . in celebri vico TOMEUWORTHIE . Ego BERHTUULF domino disponente rex Merciorum mihi et omnibus Mercis in æternam elemosinam donans donabo HEABERHTO episcopo quamdam ruris particulam . mansam scilicet unam . in villa

¹ -cosas, B. K.	² ✠ Ego, B. K.	³ Ego, omitted from this place to end, B.
⁴ Et conscripsi, omitted, B.	⁵ Cons. et sub., omitted, B.	⁶ Ræðhun episcopus subscripsi, added, B.
		⁷ Humberht dux, added, B. K.

quam ruricolæ MYTTUN appellant: monachis videlicet sanctæ Mariæ PIGORNENSIS æcclesiæ perfruendum et possidendum jugiter usque in ævum. Insuper omnipotentis Dei nomine et novem ordinum angelorum et omnium electorum Dei præceptum ponimus. ut nunquam ullus regum vel principum aut alicujus personæ homo magnus vel parvus. hanc præscriptam libertatis gratiam infringere ausus sit sed semper stabilis et indiscussa firmiter firmata permaneat in ævum.

His testibus consentientibus et signum crucis Christi scribentibus: quorum subter nomina notata sunt.

Ego. Berhtuulf largiflua Dei munificentia rex Merciorum.
hanc meam libertatis gratiam ac omnium Merciorum
cum signo sanctæ crucis firmiter consignabo.

Ego. Sæthryth regina consensi.
Ego. Heaberht. episcopus consensi.
Ego. Kynefyrth. episcopus consensi.
Ego. Berhtred episcopus consensi.
Ego. Cuthuulf. episcopus consensi.
Ego. Wihtred abbas consensi.
Ego. Eadmund abbas.
Ego. Ceolred. consensi et subscripsi.
Ego. Athelheard. dux.
Ego. Hunberht. dux.
Ego. Atheluulf dux.
Ego. Eduulf minister.
Ego. Aelfred. minister.
Ego. Wicga. minister.
Ego. Eadberht. minister.

[A.] MS. Cotton, Tiberius A. xiii, f. 179b. | Heming, *Chartul.*, vol. ii, p. 400.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. ccxlix; from [A.]

434. *Privileges granted by Berhtuulf, King of the Mercians, to Eanmund, Abbot, and the monastery of Bredon, co. Worcester. Christmas Day, A.D. 841.*

BREODUN.

✠ Aio¹ et alto domino Deo Zabaoth regnanti in ævum. Siquidem humani generis prosapia de primo patre et matre oriundus in hanc seculum venit. et sic per longa. vaga. temporum spatium² diversis

¹ Agio, K. ² Spatia, K.

A.D. 841.] BERHTUULF TO EANMUND. 9

nationibus derimuntur. Ut janitor caelestis bibliothecae et vas electionis predicator egregius apostolus Paulus dixit. “Preterit¹ enim figura hujus mundi” quoniam² in velocitate dies et anni deficiunt. et iterum sagax sophista

qui quondam Solymis dives regnavit in arvis.

katolectico versu cecinit dicens.

“Non³ semper licet gaudere fugit hora qua jacemur”.

Et ideo sunt omnes nostrae series litterarum apicibus confirmandas ne posteris ex memoria labere possit. Quicquid facta praecedentium patrum ac regum firmiter statuerunt.

Qua de re ego BERHTUULF domino disponente rex Merciorum. mihi et omnibus Mercis in aeternam elemosinam. donans donabo EANMUNDO venerabili abbati et ejus familie on BREODUNE cum licentia et testimonia obtinatum gentis Merciorum. hanc libertatis gratiam. id est ut sit liberatum et obsolutum illud monasterium in aeternitatem. ab illis incommodiis quam nos Saxonica lingua *faestingmen* dicimus; Christo domino teste et omnibus sanctis in celis. tam diu fides catholica et baptismum Christi in Brittannia servetur. Ob hujus rei gratiam. ipse vero supradictus Eanmund abbas et illius sancta congregatio Breodunensis monasterii dederunt mihi et omnibus Mercis regaliter perfruendum et possedendum in famoso vico in Tomeporðie. Magnum discum argenteum valde bene operatum ac faleratum in magno pretio. et. c. xx⁴. mancusas in auro puro. similiter etiam decantaverunt duodecim vicibus. c. psalterios et. c. xx. missas pro Berhtpulfum regem et pro illius caros amicos et pro omnem gentem Merciorum. ut eorum libertas firmior ac stabilior permaneat in eorum⁵. et ut illius regis memoria et amicorum ejus qui hanc pietatem in elemosinam sempiternam⁶ omnibus Mercis ille congregatione on Breodune donaverat. In eorum sacris orationibus jugiter permaneat usque in evum. insuper in Dei omnipotentis nomine et novem ordinibus angelorum et omnium electorum Christi praecipuum ponimus. ut nullus umquam regum vel prin'cipum aut alicujus personis homo magnis⁷ sive modicis⁷. in aliquo tempore hanc praescriptam libertatis gratiam infringere ausus sit. sed semper stabilis et indiscussa firmiterque firmata ille congregatione on Breodune. coram Deo et hominibus jugiter permaneat in evum.

¹ 1 Cor. vii, 31. ² Quo, MS.; quomodo, K. ³ Cf. Ecclesiasticus, viii, 8. The line is a mixed verse; a trochaic dimeter acatalectic + an iambic dimeter catalectic. See Ramsay, *Manual of Lat. Prosody*, 2nd ed., p. 202. ⁴ cxc., K.
⁵ Ævum, K. ⁶ [cum], added, K. ⁷ -us, K.

Hæc autem cartula caraxata est anno dominice incarnationis .DCCC°.XLI. indictione .III. in die natalis domini in celebre vico on Tomeporðie . His testibus consentientibus et signum crucis Christi scribentibus quorum subter nomina notata sunt .

- ✠ Ego Ber'h'tuulf largiflua Dei munificentia rex Merciorum hanc meam libe'r'tatis gratiam ac omnium Merciorum cum signo sanctæ crucis firmiter consignabo .
- ✠ Ego Sæðryð regina consensi et subscripsi .
- ✠ Ego Cyneferð episcopus consensi .
- ✠ Ego Aldred episcopus consensi .
- ✠ Ego Berehtred episcopus consensi .
- ✠ Ego Heaberht episcopus consensi .
- ✠ Ego Cuðuulf episcopus consensi .
- ✠ Ego Eanmund abbas consensi .
- ✠ Ego Þihtred abbas consensi .
- ✠ Ego Ceolred abbas consensi .

[A.] MS. Cotton, Tiberius A. xiii, f. 13. Heming, *Chartul.*, vol. i, pp. 28, 458, 566.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. ccxlviii; from Thorpe, *Dipl.*, p. 92.
[A.], very inaccurately.

435. Another form of No. 434.

BREODUN :—

Agio et alto dom ino Deo saboth regnanti in evum honor . Cujus clementia disponente ego BERHTULF rex Merciorum in æternam elemosinam donans do EANMUNDO venerabili abbati et ejus familiæ on BREODUNE cum licentia et testimonio optimatum gentis Merciorum . hanc libertatem . id est ut sit liberatum et absolutum illud monasterium in æternum . ab illis incommodis quæ nos Saxonica lingua *fæstingmenn* dicimus . Christo domino teste et omnibus sanctis in coelis . quamdiu fides catholica et baptismum Christi in Bryttannia servetur . Ob hujus rei gratia . supradictus abbas omnisque congregatio Breodunensis dederunt mihi in famoso loco Tompeorðin . magnum discum . optime ex argento fabricatum : 'j' in . cxx . mancuis . auri puri . et insuper cantaverunt . mihi . c . psalteria . et . cxx . missas . ut hæc libertas firmitior ac stabilior permaneat . et ut rex et amici ejus in evum participes orationum sint sepedictæ familiæ Breodunensis monasterii .